

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vicium f
cum uariis

Sunt quedam uicia quasi per quandam cognacionem sibi propinqua, sicut dissolucio spiritus, appetitus gule et immundicia luxurie, multiloquium, fallacia atque periurium. Ex dissolucione spiritus mens ad ingluuiem uentris rapitur, et dum cibus uenter extenditur, ad luxuriam caro trahitur. Ex multiloquio fallacia generatur quia difficile est ut qui multa loquitur non eciam menciatur, et sepe mendacium eciam periurio tegitur ut ante humana iudicia ueletur.

Gregorius super Ezechielem omelia XII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

cognacionem] cognacioni M; spiritus] n *add.* (*del. sub lin.*) M; fallacia] procuratur *add.* (*del. infra et sub lin.*) M; super] z *add.* (*del. infra*) B; omelia XII.] libro. II (*del. infra, cor. in marg.*) B